

cognatum **הליל** *tibia*: sicuti priores ad significatum verbi **הליל** *tripudiavit, saltavit*: vide *Psalm. XXX, 12.* vertisti planctum meum **למחור**. item *Exod. XXXII, 19.* Et quidem si sequentia hic attendamus, omnino plausibilis erit, de instrumento musico interpretari; quo sensu etiam occurrit *Exod. XV, 20. Jud. XI, 24. XXI, 22. & Psalm. CL, 4.* Similem ad instrumenta musica captanda adhortationem vide *Psalm. LXXXI, 3. seqq.* De **תביל**, vel lyra, vel chely *Tirinus*.

**בתוף** *cum tympano*: ) vide *Psalm. LXXXI, 3.* date tympanum. Adhibita vero fuisse instrumenta musica ad promovendam eò magis lætitiã commovendosque spiritus, notum ex historia *Elifã, 2. Reg. III, 15.*

## EXPLICATIO VERSUS IV.

**רוצה** *beneplacitum habet vel oblectatur populo suo*: ) videlicet præ nationibus aliis ipsum peculiariter exehendo, omnigenaque tam spiritali quam corporali felicitate exornando. vide de verbo **רוצה** *Cob. IX, 7.* item *Psalm. CXLVII, 11.* **רוצה** *diligit Dominus timentes se.*

**יפאר** *exornabit miseros*: ) ita scilicet, ut, cum deformes viderentur ob ærumnas varias, nunc præ aliis conspicui rursus fiant, inque pretio habeantur, ob singularia Dei beneficia, salutemque plane admirandam. Ita namque **יפאר** proprie est *Exornavit*, decorem alicui conciliavit; *Jes. LV, 5. LX, 9.* ad te current propter Sanctum Israël. quia **יפאר** exornavit te. *Jes. LX, 7.* adscendent [victima copiosa] altare meum, & domum gloriæ meæ **יפאר** *vers. 13.* gloria Libanon ad te venit, abies & buxus & pinus simul **יפאר** locum sanctuarii mei *Es. VII, 27.* benedictus Deus, qui dedit in cor regis **יפאר** domum Domini in Jerusalem.

## EXPLICATIO VERSUS V.

**יעלו** *exultabunt*: ) gaudio videlicet non carnali ac impuro, sed sacro, inque Dei favore unice fundato. Similes textus sunt *Psalm. LXVIII, 8.* **יעלו** exultate coram eo: *Psalm. LX, 8. CVIII, 8.* Dominus locutus est in sancto suo, **יעלו** *Psalm. XXVIII, 7.* in ipso speravit cor meum, & adjutus sum, **יעלו** *exultavit cor meum &c.*

**בכבוד** *in gloria*: ) Campensis & Piscator: *cum summa gloria.* Cajetanus: *in honore.* Montana: *in der Herrlichkeit.* ob gloriam i. e. ob restitutum pristinum decorem felicemque statum: ita *Stephanus.* præ gloria, *Junius.* Hoc modo [ב] denotaret Exultationis causam impulsivam; illo autem, exultationis modum vel adjunctum. neutrum laborat aliquo absurdo.

**משכבותיהם** *super cubilibus suis*: ) h. e. tantum sit ipsius gaudium, ut ne noctu quidem præ eo quiescere velut possint, verum subinde in somno exiliant, Deo suo jubilantes, &c. sicut è diverso de impiis dicitur, iniquitatem ipsos meditari **משכבותיהם** *super cubili aut strato suo, Psalm. XXXVI, 5.* item *Psalm. IV, 5.* loquimini cum corde vestro **משכבותיהם** & filete: *Mich. II, 1.* vix cogitantibus malum in cubilibus suis: *Hof. VII, 14.* non clamaverunt ad me, quando ulularunt **משכבותיהם**. Confer *Cob. II, 23.* etiam noctu non **משכבותיהם** quiescit cor eorum: item *Psalm. III, 6.* de nocturna tranquillitate. *R. Arama* apud *Viccarsum* de exultatione post resurrectionem è sepulchris. Sic in *Midrasch.* de horto Eden.

## EXPLICATIO VERSUS VI.

**רומו** *exaltationes Dei*: ) i. e. encomia, Dei veri laudes altissime evehentia. In forma hac præsens dictio non occurrit, nisi forte huc traxeris illud *Pf. CXVIII, 16.* dextra Dei **רומו** *exaltata est*; ubi tamen potius verbum, quam nomen est. Potius huc traheremus illud *Jesa. XXXIII, 3.* **רומו** *præ exaltatione tua, ò Deus, dispersa sunt gentes.* Confer locos verbi **רומו** huc facientes *Psalm. XCIX, 5. 9.* exaltate Dominum Deum nostrum. *Psalm. xxx, 2.* **רומו** *extollam te, Domine, quia evexisti me*: item *Psalm. XXXIV, 4. CVII, 32. CXVIII, 28. CXLV, 1.* Piscator supplet **רומו** *cantiones [exaltantes]* verum ne lic quidem congruit *Psalm. CXVIII, 16.* ubi namque passive valet *exaltata est*, hic autem active. imo si pro participio accipit, non quadrat forma.

**בגרונהם** *in gutture ipsorum*: ) i. e. nulli ab iis sermones alii nullique cantus, præterquam de tuis laudibus, audiuntur, aut gutture formantur. Ita namque *Gutturis* fieri solet mentio, quando loquela formari debet, v. g. *Pf. CXV, 7.* non loquuntur [idola] **בגרונהם** collo vel gutture suo: *Jes. LVIII, 1.* clama **בגרונהם** *gutturè, ne conticescas*: *Psalm. V, 10.* sepulchrum patens guttur ipsorum: *Psalm. LXIX, 4.* præ vociferatione raurum factum est **בגרונהם** *guttur meum &c.*

**וחרב** *gladius* **פיפיה** *gemini oris seu acierum*: ) i. e. utrinque acutus, atque ad mordendum absumendumque velut aptus. Hujus fit mentio, quod fortasse tales gladii *δισομοι* minus in gente illa fuerint usitati, forte ut nunc Turcas acinacibus, una tantum acie præditis, uti audimus. Ita *Jud. III, 16.* de Ehud scribitur, quod gestarit **וחרב** *gladium oris duplicis*: & *Prov. V, 4.* verba meretricis blandientia dicuntur acuta **פיפיה**. Hoc loco, augenda significationis causa, prima geminatur syllaba, sicut in **וחרב** *ignominia Habac. II, 16.* **וחרב** *tubricitates, Psalm. XXXV, 6. &c.* Inde haut dubie illud *Ebr. IV, 12.* ubi verbum Dei vocatur gladius **וחרב**, *duplici ore seu acie præditus.* Talis itaque Gladius anceps seu romphaa & h. l. in manu fidelium esse dicitur, eò quod iidem cœlitus armati sint egregie adversus omnes, sibi Deove adversantes, ad sumendum de iis vindictam, non quidem carnaliter, sicut forte Levitæ gladiis instructi interficiebant idololâtras; *Exod. XXXII, 27.* verum spiritualiter, quomodo de ore etiam Messiaxiplus gladius prode visus est, *Apocal. I, 16. II, 12. XIX, 5.* Vide de Christi regno *Job. XVIII, 36.* deque armis *2. Cor. X, 4. 6. Eph. VI, 17.* quæ ipsa Christianis satisfaciunt adversus somnia Judæorum de armis victoriisque carnalibus Messia tempore, genti ipsorum obventuris: nondum enim impleta hæc Psalmi dicta ultro fatentur. Nonnulli tamen impleta hæc arbitrantur *Maccabæorum* tempore. Allegorice de potestate clavium & jurisdictione ecclesiæ; anagogice de potestate Christi & sanctorum in extremo die, *Tirinus* ex *Arnobio* & *Theodoreto.* *Exaltationes seu laudes* sunt quasi gladius anceps, ita *R. Josua* & *Rasbe* apud *Viccarsum.* Sic de Lege etiam *Rabbini* apud *Raimun.* *Pugion. fid. f. 458.* Et de verbo Dei etiam *Belge.* Quam inepte hinc *Coton.* *Costerus* aliique papistæ eliciant, Sanctos esse præsides orbis terrarum, docet *Gerhardus t. 8. mort. §. 356. & t. 3. conf. cath. p. 615.*